MASTER NEGATIVE NO. 91-80335-2

AUTHOR:

CHALKIOPOULOS,
NICOLAUS A.

TITLE:

DE SONORUM
AFFECTIONIBUS

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1873

Master Negative #

91-80335-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Chalkiopulos, Nicolaus A 1883-

De sonorum affectionibus quae percipiuntur in dialecto Neolocrica; dissertatio inauguralis quam ... scripsit Nicolaus Chalkiopulos... Lipsiae, typis expressit J.B.Hirschfeld, 1873.

p.[341]-375. 22 cm.

"Numeri paginarum sunt Studiorum a G.Curtio editorum vol. V."

Thesis, Leipzig.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 11-6-91 INITIALS M. B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

DE

SONORUM AFFECTIONIBUS

QUAE PERCIPIUNTUR

IN DIALECTO NEOLOCRICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE IN UNIVERSITATE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

NICOLAUS CHALKIOPULOS

LOCRENSIS.

LIPSIAE

TYPIS EXPRESSIT J. B. HIRSCHFELD.

CIƆIƆCCCLXXIII.

Adhibui ad litteras linguae neo-graecae transcribendas alphabetum a Deffnero constitutum et in Studiorum a G. Curtio editorum vol. IV p. 236 descriptum, quo accuratissime et commodissime soni, qui nunc audiuntur, exprimi et distingui mihi videntur. Consonantes igitur his notis significantur:

		explosivae		nasales	fricativae		liquidae
		fortes	lenes		fortes	lenes	
I.	palatales	k	g	ṅ	x	j	
	velares	k	g	ṅ	χ	γ	l
II.	interdentales				ϑ	δ	r
	alveolares	t	d	n	s	z	
	cacuminales				š	ž	
III.	labiales	p	b	m	f	v	

Ex variis linguis inter se comparatis princeps grammaticae lex a viris doctis probata est haec: Quaecumque sonorum et consonantium et vocalium mutationes appareant, eas non ex libidine aut licentia, sed ex naturali quadam necessitate fieri, cum homines, commoditatis quodam studio ducti, magis magisque sonis uti soleant talibus, quales facilius oris organis procreari possint. Quae affectiones, a principiis, quae vix percipiuntur, ortae, sensim paulatimque in dies crescunt atque quae est et loquentium et sonorum natura et indoles varia, varium in modum, sed non sine certa quadam ratione propagantur. Quae cum ita sint, ut recentioris aetatis linguae, nisi priores aetates respexeris, ex quibus suam quaeque originem repetat, recte penitusque explorari nequeunt, ita linguarum antiquarum naturam ac leges, dummodo satis caute considerateque rem aggrediaris, exemplis certis et luculentis ex proxima quaque aetate allatis quodammodo vel confirmari vel explicari posse mihi persuasum est.

Itaque ut ad veterum Graecorum linguam accuratius intellegendam aliquantulum conferam, quaestiones institui de nostri temporis dialecto locrica, habita ratione eorum, quae veteribus in dialectis reperiuntur similia aut dissimilia. Neolocricam autem dialectum eam intellego, qua nunc utuntur incolae Locridis provinciae. Exemplorum tamen, quae attuli, multa inveniuntur etiam ceteris in dialectis. Haec autem accurate inter se distinguere res est difficilis et a proposito meo aliena.

Haec igitur dialectus non minus quam ceterae omnes graecae recentiores, similiter atque linguae a vetere latina ortae, linguae antiquae sonos per saecula ex universa diluendi et emolliendi necessitate varie multumque mutavit, atque ita, ut easdem, quae cum in ceteris omnibus Indogermanorum linguis magis minusve tum in vetere graeca iam late patent, causas, cur soni mutentur, etiam nunc cognoscere possimus tres illas, quas exponit Curtius Element. etymol. Gr. p. 380:

1) vim sonorum vicinorum,

2) vim sonorum, qui nobis nolentibus excidunt, i. e. sonorum irrationalium,

3) studium sonos alios ab aliis distinguendi.

CAPUT PRIUS.

DE CONSONANTIBUS.

Easdem leges, quas in antiquioribus linguis valere a grammaticis comparativis demonstratum est, et eam maxime, ut soni quique pronuntiatu difficiliores in faciliores mutentur, ad neolocricam quoque dialectum pertinere, facile intellegitur. Atque primum quidem explosivae omnino graviores et difficiliores ad pronuntiandum quam fricativae, deinde tenues graviores quam mediae, tertio spirantes a veteribus aspiratis ortae χ, f, ϑ graviores sunt quam spirantes lenes ex mediis ortae γ, b, δ.

Nec minus ea quae ex organis, quibus pronuntiantur, inventa est sonorum series in dialecto neolocrica observatur, ita ut inde ab oris partibus interioribus ad exteriores soni transferantur, i. e. gutturales, quae gignuntur intimo gutture, in proximas dentales, dentales in labiales, quae gignuntur extremis labiis, facile mutari possint. Quibus de rebus satis erit eos qui haec legunt ad G. Curtii Elem. Etymol. p. 405 ablegare; eiusdem libri p. 41 de iis agitur, quae ab illis legibus excipienda esse videntur.

§ 1.

De consonantibus imminutis.

1) Cum in dialectis neograecis omnibus, tum in locrica tenues saepe in suam quaeque mediam, mediae deinde ex lege nunc late patente in spirantes sive fricativas mutatae sunt.

a) Gutturalis fortis *k* in *g*, deinde in *γ* (j) mutata est.

1) Initio vocabulorum ante vocales.

Κωβιός vel potius huius vocis deminutivum *κωβίδιον* mutatur in *γονίδι*. *Καρυόφυλλον* in *γarófallon*, *κύπη*, cuius loco iam Hesychius *γύπη* praebet, in *γúva*, *κυψέλιον* ex *κυψέλη* mutatur in *γipséli*, *καρίς* in *γaríδa*, pro latino cardinalis dicitur *γardinális*, pro securus *síγuros* cet.

2) in mediis vocabulis ante vocales.

πλέκω[1] mutatur in *pléγo*, *λεκάνη* et deminutivum *λεκάνιον* in *leγéni*.

3) in mediis vocabulis ante liquidas *l*, *r* et *n* nasalem, quibus saepissime sonos vicinos imminui constat.

Ex vetere *κράστις* (atque *γράστις*) fit *γrasíδi*, ex *κυπρῖνος* *γriváδi*[2]), ex *αὖλαξ* *avraγiá*,

ex *κλυστήριον* *γlistíri*, ex *ἐκλείχω* *γlífo*,

ex *ἐκλυτρόω* *γlitóno* (vid. Passovii popul. Carm. indic.),

ex *ἐκνεύω* *γnéfo*. Passovius in popul. Carm. etiam *γnefízo* affert.

---

[1]) Iudicium, ex quo hanc radicem iam antiquitate emollitam esse efficitur, praebet *πλεγνύω* (Opp. Cyn. 3, 213), ubi liquida *ν* explosivam *κ* emollivit (cf. El. Et. p. 486).

[2]) Per metathesin et emollitionem explosivae fortis *π* in *β* et deinde in *v*. Suff. *αδι* = *αδιον*.

Ex veterum Graecorum lingua exempla, quae illius emollitionis primum gradum indicant, affero haec (cf. El. Et. p. 485):

κ emollitur in *γ*:

In mediis vocabulis:

rad. *ἀρκ* (*αὐτάρκης, ποδάρκης, ἄρκιος*) in *ἀρήγω, ἀρωγή. ἀρωγός.*

rad. *ἁρπακ* lat. *rapac* in *ἁρπαγή.*

rad. *κρακ* skt. *krôças* in *κραυγή.*

rad. *λικ λίγη.* rad. *mik* skt. *mikras, miksh,* in *μίγνυμι*

rad. *lik* skt. *liç ὀλίγος* (no. 553).

πήγνυμι praeter *πήσσω* (*πηκ-jω*). *Σάγη* praeter *σάττω, σάκος.*

Initio vocabulorum:

Att. *κνέφας* aeol. *γνόφος* (Ahr. de dial. Dor. p. 80). Att. *κνάφαλον* (*κνάπτω*) aeol. *γνόφαλον* Hesych. *κνάμπτω, κάμπτω = γνάμπτω.*

Att. *κράστις* posterioribus temporibus *γράστις.*

(De *ἐγ λιμένος, ἐγλείπειν* cf. Kühner, Grammat. I p. 205).

Tenuis *t* mutatur in *d*, deinde *d* in *δ* interdentalem:

Initio vocabulorum:

Pro *τόξον* nunc pronuntiatur deminutivum *δoksárion.* Passovius popul. Carm. *δáfto* et *δáfta* pronomina demonstrativa pro *τοῦτο, ταῦτα* Epir. et Zacynth.

In mediis vocabulis:

ἄτρακτος (*τρήχω*) pronuntiatur velut *aδráχti*, *eksoδikón* et *ksoδikón* pro *ἐξωτικόν.* *feryáδa* pro ital. *fregata* et francogall. *fregatte.*

π tenuis pronuntiatur ut *β*, deinde plerumque in *v* transit:

Initio vocabulorum:

πελιός nunc auditur *bálios*, *πυτίνη vutína*, iam apud Tarentinos *Βυτίνη.* *περιπατῶ* per apocopen pronuntiatur

(*περπατῶ*) *perpató*, deinde apud Locros *pervató.* *πυρῖτις barúti.*

In mediis vocabulis:

Κύπη (*γύπη*) nunc auditur ut *yúva*, *Σπῖνος* aut *Σπίγγος* ut *svingos*, *κόπτω* ut *kóvo*, *κύπτω* ut *skívo* vel *skifto*, *κρύπτω* ut *krívo*, *κλέπτω* ut *klévo.* *kuvás* eiusdem stirpis est atque *κύπελλον* lat. *cupa* sct. *kûpas* (El. Et.[3] 151) cf. Hesych. *κύβεθρον = κυψέλη.*

Initia huius mutationis, i. e. sonorum tenuium in medias, qui primus status fricativarum lenium, quae nunc audiuntur, statuendus est, iam in lingua antiqua plurima inveniuntur. Afferemus exempla ea tantum, quae pro certis et exploratis haberi possunt.

τ emollitur in *d*:

In mediis vocabulis:

Ἄρτεμις, ιδος dor. *Ἀρτέμιτος* (cf. El. Et.[3] p. 488).

Initio vocabulorum:

hom. *τάπη(τ)ς, τάπις* apud Xenoph. *δάπις.*

π in *β*: rad. *ἰαπ* in *ἰάπτω*, unde fit nasali inserta *ἴαμβος.* *καλύπτω, καλύβη* lat. *clupeus.*

In his exemplis ex lingua veterum repetitis tenues in mediis verbis plerumque inter vocales et iuxta fricativas, sed interdum, quamquam rarissime, etiam initio vocabuli ante vocalem (*δάπης = τάπης*) emolliri videmus, ut non solum formis neograecis talibus, quales sunt *pléyo* (ubi *κ* inter vocales) et *γlistíri* (ubi *κ* ante liquidam emollitur), sed etiam iis, quae sunt *γovídi, doksárion, vutína* exempla similia ex antiqua lingua afferri possint.

Conferas praeterea haec ex lingua latina repetita:

Saguntum (graec. *Σάγουντον, Ζάκυνθος*), *viginti* (vicesimus, *ϝίκατι, εἴκοσι*).

publicus (populus), vet. lat. *Burrus* (Pyrrhos), *buxus* (*πύξος*), umbr. *subra* (lat. *super*), *quadruplex* (*quattuor*).

2) Aspiratae veteres transeunt in suam quaeque spirantem lenem:

a) ϑ in *δ*.
b) φ in *v*.

Horum exemplorum nonnulla ita explicari licet, ut statuas aspiratas iam pristinis temporibus spiritu abiecto tenues factas postea in medias emollitas, denique in spirantes mutatas esse, id quod de plerisque exemplis linguae antiquae, quae G. Curtius Elem. Et. p. 479 sqq. enumeravit, pro certo habendum est:

kh	k	g	γ (j)
ph	p	b	*v*
th	t	d	δ.

Plerumque autem mutationes neograecae simpliciter ita factae esse videntur, ut aspiratae in locum primum spirans fortis succederet, haec autem postea in spirantem lenem emolliretur. χ ubique, quoad ego quidem investigare potui, videtur conservata esse uno excepto exemplo *δraγmí* et *δraγumí* pro δραχμή, ubi fortasse *m* sequens emollitionis causa fuit. Itaque

Θεόφιλος nunc auditur *Δjófilis*
Θεοχάρης - - *Δjoχáris*
ϑυγάτηρ - - *δiχatéra*.

Passov. Popul. Carm. affert *Márδa* pro Μάρϑα, *Δomokó* (urbs Thessaliae) pro att. Θαυμακία, *δjáfi(on)* pro ϑεῖον (ϑειάφιον demin.).

alívo nascitur ex ἀλείφω, *strívo* ex στρέφω. In dialecto locrica iam exstant pro veteribus verbis σκάπτω (rad. σκαφ), ϑάπτω (rad. ταφ), κύπτω (rad. κυφ), ἅπτω (rad. ἁφ) solae formae *skávo, ϑávo, skívo, anávo* (= ἀνάπτω), quae per emollitionem tenuis *p* in *f* fricativam fortem, deinde, cum *t* eiecta esset, in *v* tenuem factae esse videntur.

Ut gradus statuendi sint hi: σκάπτω, σκάφτω, σκάφω, *skávo*. In ceteris dialectis neograecis ad has formas *j* litterae sonus accessit, qui quidem posterioribus temporibus ortus est.

Spirans alveolaris fortis *s* emollitur in alveolarem lenem *z*, nec minus σσ, quae litterae iam diu ut *s* simplex pronuntiatae esse videntur, in *z* emolliuntur.

Utriusque mutationis exempla haec fere sunt:

Σάκχαρ, σάκχαρις et σάκχαρον lat. *sacharum* pronuntiatur ut *záχaris*, σάπφειρος ut *zafíri* (vid. Passov. Popul. Carm. δυὸ ζαφείρια), Σάπφειρα ut *zafíra* et *zafíro*, σόγκος et σόγχος ut *zoχí* et *zoχárion*. Ἐσοχάδες post eiectam ε mutatur in *zoχádes*. ante μ, λ, β, γ: *zmíγo* ex μίγνυμι, *zvíno* ex σβέννυμι cet. Apud Macedones Chalcidenses *s* emollitur etiam ante τ, ut *zdríγa* = στρύγλη (ibi enim τ ut *d* pronuntiatur). Similia exempla inveniuntur in posteriore antiquitate ζβεννύναι, ζμερδαλέος, ζμυρνη. *z* ex *ss* in mediis tantum vocabulis fieri posse consentaneum est. Pro σταλάσσω igitur hodie *stalázo* auditur, pro φράσσω *frázo*, πράσσω *prázo*, φρίσσω *frízo*, μαλάσσω *malázo*, ἀλλάσσω *allázo*, ἀράσσω *arázo*, *aδrázo* ex δράσσομαι, *tinázo* ex τινάσσω.

Liceat mihi hic pauca de littera ζ interponere. Huius litterae sonus ille duplex (*dz*), quem antiquitus fuisse constat, in simplicem spirantem lenem mutari coeptus est, ut mihi videtur, iam veteribus in dialectis graecis, praesertim in Tarentina et Cyprica, ubi cum aliud duplicis spirantis lenis *zz* signum deesset, similiter atque in romanis graecorum vocabulorum translationibus sonus *z* mediis in vocabulis per *ss* reddebatur. Nam qui illis dialectis utebantur, iam tum ζ, cum duo eius elementa inter se assimulata essent, non tam *dz* quam *zz* pronuntiabant, qui sonus duplex paulatim in simplicem *z* attenuatus est. Hac ratione explicanda sunt Tarentina verba σαλπίσσω, φράσσω pro atticis σαλπίζω, φράζω.

Postea formas tales, quales sunt πλάζω et πλήσσω, ἀνάζω et ἀνάσσω, ἁρμόζω et ἁρμόσσω, cum similiter altera ex altera mollita esse videretur, multum ad cetera, quae

eundem in *σσω* exitum habebant, verba emollienda valuisse verisimillimum est.

Tenues veteres in dialecto neolocrica saepe in spirantes mutantur (*κ, π, τ = χ, f, ϑ*). Medius huius transitus gradus fuit aspiratio tenuium, quam sonorum deminutionem habendam esse supra diximus. Qua perfecta affricatae oriri, affricatae autem in fricativas sive spirantes commutari coeperunt. Ordo igitur mutationum hic fuit

k	*kh*	*kχ*	*χ*
t	*th*	*tϑ*	*ϑ*
p	*ph*	*pf*	*f*.

Ex legibus enim, quae in lingua graeca valent, fricativas statim ex ipsis explosivis ortas esse prorsus negandum est (cf. Curt. El. p. 386 et 405).

a) *k* in *χ* mutatur praesertim ante *τ* et initio et in mediis vocabulis:

κτίζω in *χtízo, κτείς, κτενός* in *χténi*, *χtenízo*, *δάκτυλος* in *δáχtilo(n)* (neutrum), *ἀκτίς, ῖνος* in *aχtíδa* (δ pro *n*), *ὀκτώ* in *oχtó* cet. Passov. Popul. Carm. Gr. affert: *aχtinovolí* (ex *ἀκτῖνα βάλλειν*), *díseχtos* pro *δίσεκτος* lat. *bisextus.* Porro in omnibus adiectivis verbalibus in *χtós* pro *κτός*, e. g. *vreχtós* pro *βρεκτός*, *deχtós* pro *δεκτός*, *aniχtós* pro *ἀνοικτός*.

Ante *ν*: *liχnízo* pro *λικνίζω*, *djóχno* pro *διώκω*, *διχno* pro *δείκνυμι* cet. Similia sunt in Passovii carm. popular. velut *vríχni* pro *εὑρίσκει*. Praeterea ibidem ante vocales *Xasánδria* pro *Κασάνδρεια*, *ísχion* pro *ἴσκιον* (*σκιά*), *χáfto* pro *κάπτω*, *psiχalízo* ex *ψεκάζω*. Etiam ante *π*: *eχpáγin* pro *ἐκπάγην* ex *ἐξεπάγην*.

b) *τ* in *ϑ*: initio verborum:

ϑréfo, ϑrofí pro *τρέφω, τροφή*. Theod. Kind, „Anthol. neugr. Volksl." *ϑaftó* pro *ταφώ*. Fauriel p. Carm. *aneϑráfiken* pro *ἀνετράφη*.

In mediis vocabulis ante vocales:

Pass. p. carm. (*Κρήτη*) *soϑiká* pro *ἐσωτικά*, *barúϑia* pro *μπαρούτια* (*πυρῖτις*), ubi *p* pronuntiatur ut *b*. *spíϑi* pro lat. *hospitium* graec. vulg. *ὁσπίτιον*, *foϑiá* pro *φωτία*, *evreϑíkia* et *vreϑíkia* pro *εὑρετήκια* = *εὕρετρα*, *pláϑo* pro *πλάττω*. Postremae mutationis gradus fuerunt *ττ*, *τϑ*, *ϑ*.

Ante *r* (*ρ*): *βάτραχος* pronuntiatur ab omnibus Graecis ut *váϑrakos* vel *vakakos*, *καλαμητρίς* ut *kalamíϑra*.

c) *π* in *f* mutatur initio verborum:

Ante *τ*: *πτερόν* mutatur in *fteró(n)*, *πτύω* in *ftío* et *ftó*, *πίπτω* in *péfto*, *πτέρις* in *ftéri*, *πτίον* in *ftíδri(on)* vulg. *fkiári(on)*, *πτωχός*, *πτωχία* in *ftoχós*, *ftóχia* cet.

Ante vocales: *fúχta* et per metathesin *χúfta* ex *πύκτη* (*πυγμή*), de quo vocabulo cf. Deffner, Stud. IV, 289, *farfúri* et *ferfíri* pro *πορφύρα*.

In mediis vocabulis:

Post *s*: *σπόγγος* mutatur in *sfóngos* vulg. *sfungári(on)*, unde *sfungízo* et *sfungarizo*, *σπόνδυλος* in *sfónδilos* vulg. *sfundíli(on)* et apud Macedones *sfudíli(on)*.

Post *r*: *kórfos* ex *κόλπος*.

Aspirationem autem, ex qua haec mutatio initium cepit, non solum in lingua neograeca, sed etiam aliis in linguis variis temporibus late patuisse constat. Nam in linguis germanicis, sanscritica, umbrica, persica (praesertim ante fricativas), ossetica, hibernica vetere (praesertim inter duas vocales), nec minus in vetere lingua graeca tenues saepe in aspiratas mutatae sunt. In graeca quidem lingua aspiratio initio saepius sonis vicinis effecta, sed magis magisque maximeque in dialectis increbuit. Inter sonos autem vicinos, quibus in lingua antiqua aspiratio effecta est, maxime *σ* fuit (cf. Curtii El. p. 456), cuius rei exempla sunt *σχέραφος* et *σκέραφος*, *σφενδόνη* a rad. *spand*, alia.

Contra in lingua neograeca e. g. *skóli* efficitur ex *σχολή*, de qua mutatione postea denuo nobis agendum erit. Ante

l tenuem fricativae neograecae velut in *χlízo* ex κτίζω, *fterón* ex πτερόν natae esse videntur ex studio quodam duas tenues initiales dissimulandi.

ρ mutatur in λ et λ in ρ.

Cum constet maiore linguae intentione opus esse ad liquidam *r* quam ad *l* pronuntiandam (cf. Curt. elem. et. p. 409), apud veteres saepissime *r* litterae transitus in *l* factus est. Iam vero prioribus temporibus quae ratio inter *r* et *l* intercessit paulatim commutata est ita, ut in vocibus eiusdem stirpis sine certa lege haud raro altera pro altera appareat. Σείριος enim, σειριάω, σειρίασις, σείρινος cum σέλας, σελήνη ita comparantur, ut inter se disiungi vix possint (sct. *svar*, lucere, lat. *serenus*, got. *sauil* (Curt. elem. et. p. 503), comprobatur hoc multis aliis exemplis, quae modo *r* modo *l* ostendunt. Quod quidem saepius etiam in linguis nostrorum temporum cum aliis tum romanensibus observari potest. Ital. *pellegrino* = peregrinus, *rossignuolo* = lusciniolus, francogall. *apôtre* = apostolus. Quis igitur miretur, si eadem commutatio liquidarum et in dialecto neolocrica et omnino in lingua graeca, quae nunc exstat, facta sit? Sunt vero exempla haec:

a) περιστερά nunc auditur *pelistéri(on)*, πάρεδρος auditur *páleϑros*, κριϑή ut *kliϑári*, χρηματίζω ut *χlimetrízo*, παράϑυροι (ϑυρίς) ut *paleϑúri*, πρώρα ut *plóri*, ἄροτρον ut *alétri*, ἀχράς ut *aχládi*. Passovius in carmine Cretensi *fóla* pro φορά exhibet.

b) ἁλμυρός auditur velut *armirós*, βολβός velut *vorrós*, Ἀλβανός *arvanitis*, ἀδελφός *aderfós*, κόλπος *kórfos*, σκαλμός *skarmós*, ἀμέλγω per metathesin *arméyo*. Passov. p. carm. (Κρήτη) *stérno* pro στάλλω, *krápsi* pro κλαύσει, *fíri* pro φίλοι, *yára* pro γάλα, *firáji* pro φυλάγει = φυλάσσει, *kará* pro καλά, *porrí* pro πολλή. (Κεφαλωνία) *parangernis* pro παραγγέλλεις, *arfavitári* pro ἀλφαβητάριον, *orpídes* pro ὀλπίδες, ἐλπίδες. Devill., De Zacon. dial. *grússa* pro γλῶσσα et multa alia.

Praeterea fricativa δ in liquidas λ et ρ commutatur.

a) in *l*. Sine dubio in *Lisséas* pro Ὀδυσσεύς cum aphaeresi vocalis *o*. De exitu εας pro ευς cf. vet. Πρωτεύς et Πρωτέας Aristoph. Thesm. v. 883. Αἰδηψός (oppidum Euboeae) pronuntiatur nunc *lipsós* per aphaeresin diphthongi *ai*. δοϑιήν nunc auditur velut *luϑinári(on)* per contractionem duarum vocalium (ιη) in *i* et vocali *o* in *u* obscurata.

angilóno evasit ex ἀγκιδόνω, quod verbum rhinismo a vetere substantivo ἀκίς, -ίδος (spina) derivatum est. δαῦκος, δαυκία pronuntiatur nunc *láfkos*, *lafkia* cet.

Si similia frustra requiris exempla ex antiquitate desumpta, memineris δ explosivam lenem, quae tum fuerit, mutatam esse in fricativam interdentalem δ, quae nunc pronuntiatur, liquidae *l* proximam. Quod si tamen quaedam vestigia explosivae *d* in liquidam mutatae invenimus, haud scio an inde concludi liceat, formas eiusmodi linguae, quae nunc exstat, ex ipsis antiquitatis formis iam mutatis ducendas esse. Deinde sono explosivo dentali in fricativum interdentalem imminuto magis etiam λ illud ex δ factum increbuit.

Traduntur autem ab Hesychio: λάφνη, δάφνη; λίσκος, δίσκος; ab Eustathio ad Iliadem 289, 34 Ὀλυσσεύς pro Ὀδυσσεύς (cf. Roscher, Stud. IV, 200).

Frequentior hic transitus fuit in lingua latina ante vocales: *dacruma* (δάκρυ) mutatum est in *lacruma*, *od* in *odor* (ὀσμή) in *ol*, ut *oleo* testatur, **sodium* mutatum in *solium* (sed-ere).

b) δ quamquam raro, interdum tamen a Graecis recentioribus in *r* mutatur: κλάδος vocis deminutivum κλαδίον pronuntiatur ut *klarí(on)*, deinde *klára*; ex hac voce deinde verbum *klaróno* derivatum est. Ἀριστείδης pronuntiatur *Aristíris*. Similis est in lingua latina antiquiore mutatio vocabuli *advorsus* in *arvorsus* et umbricum *purus* pro *pedibus*.

Transitus nasalis μ in ν (cf. Curtii El. Et. p. 408 et

495) vetus *λαχμός* nunc pronuntiatur ut *laχnós*, *ἀτμός* ut *aχnós*, *ἀμφιβάλλω* Maced. *anϑiválllo*, ubi *ϑ* pro *f* posita est.

ν mutatur in *μ*: vetus *χλουνός* nunc pronuntiatur ut *χlumós*, unde verbum *χlumiázo* derivatum est.

β et *π* mutantur in *μ* (*m*).

Cum media labialis *β* plerumque in fricativam *v* mutata sit, interdum, praecipue nasali *n* sequente, in *m* mutatur. Sic *ἐλαύνιον* ex verbo *ἐλαύνω* nunc pronuntiatur *lámni(on)* per aphaeresin vocalis *ε*. *χαῦνος* cum *a* prothetica mutatur in *aχamnós*. *εἰνοῦχος* in *mnúχos* per aphaeresin vocalis *ε*, deinde in *munúχos* (vulg.) intercalata *u*. — Post *r* litteram eadem mutatio facta est in *tsúrma* pro *τύρβη*.

π in *m* transiit in *lumákia* pro *ῥουπάκια* a *ῥώπαξ*, *ῥώψ* (fruticetum).

λ mutatur in *n*.

Pro *l* liquida in dialectis neograecis interdum *n* nasalis apparet, quarum altera alterius in locum propter similitudinem quandam etiam aliis in linguis recentioribus facile substituitur.

Linguae vulgaris verbum *βάλλω*, *ἐκβάλλω* in neolocrica *váno*, *vγáno* per metathesin ex *(e)γváno* pronuntiatur. *κατάχλυσις* (*ἀχλύς*) vulgo pronuntiatur *kataχniá* et *katiχniá* (*α* = *i*). Cf. doricum *φίντατος* pro *φίλτατος* (Ahrens, d. dial. dor. 110).

ϑ mutatur in *s*.

ϑλίβω nunc pronuntiatur *sliγo*. *ϑόλωμα*, *ϑόλωσις* (*ϑολόω*) iam restat in *salamúra* faeculentum, ubi suffixa est syllaba *úra*, quae quidem hodie saepissime reperitur, cf. *akladúra* (vitis non putata), *fagúra* (scabies) cet. Hoc solet praesertim dici de musto faeculento; simili notione etiam apud Athenaeum X p. 420 d. legitur „*ϑολώτερος οἶνος*.“ *ϑυλάκιον* nunc pronuntiatur ut *siláχi(on)* notione vetere servata. Non admodum diversam mutationem passum est *φϑείρ*, quod nunc vulgo pronuntiatur *ψείρα*. Comparari potest quod Hesychius affert: *ψείρει*, *φϑείρει*; *ψίσις*, *φϑίσις*, quamquam fortasse communis est *ψ* et *φϑ* litterarum origo ex vetustiore *sp*, ut in *ψύττω* et dorico *ἐπι-φϑύσδω* (Curt. El. Et. p. 268, 651). Apud Locros recentiores pro *ψείρα* forma *ψέρρα* usitata est, quae prorsus convenit cum aeolicis veteribus *φϑέρρω*, *σπέρρω* pro *φϑείρω*, *σπείρω*.

Iam prioribus temporibus in dialecto laconica *ϑ* in *s* transiit, cf. *σάλασσα* pro *ϑάλασσα*, *σιός* pro *ϑεός*, *παρσένος* pro *παρϑένος* (Ahrens, de dial. dor. 67). Vetus forma dorica *Ἀσάνα* pro *Ἀϑάνα* reperitur etiam nunc in dialecto macedonica. Ceterum constat aspiratam *th* ita in sibilantem alveolarem *s* transiisse, ut medius inter utrumque sonum gradus spirans interdentalis fuerit.

§ 2.

Consonantes quaedam evanuerunt.

Vi articulandi magis magisque labente soni quidam tam exiliter et obscure pronuntiabantur, ut prorsus denique ex vocibus evanescerent.[1]) Quod quidem veteribus temporibus saepissime spirantes graecas, digamma maxime, sigma, iota, pati, iam inter omnes satis constat. Etiam saepius soni quidam apud Graecos recentiores, qui vim articulandi multo minorem adhiberent, ex vocibus linguae veteris evanuerunt.

Atque mihi quidem minime de sonis omnibus, qui ex singulis vocabulis exciderunt, hic disserere in animo est, sed ea sola exempla afferam, quae sunt pervulgata vel maioris momenti, propterea quod similia ex antiquitate nobis tradita sunt.

---

[1]) Quae quidem eiectiones sonorum singulares distinguendae sunt ab eis, quae ex lege universa et necessaria per assimilationem fieri solent.

δ omittitur ante *i* (*j*).

Praepositio διά nunc pronuntiatur *ja*, διατί *jatí*, ἡδύοσμον (mentha) ut *jósmos*, ἰδιωματάρης = ἰδιωματικός ut *jomatáris*.

Conferas vetera δίωξις, διωγμός cum ἰωκή (C. El. Etym. p. 608), ἴωξις (παλίωξις), προΐωξις, lat. vet. *Djovis* postea *Jovis*.

γ explosiva antiqua in lingua recentiore, ut omnibus notum est, ita mutata est, ut pro explosiva gutturali plane idem interdum sonus audiatur, quem spirans *j* habet, quae quidem spirans in lingua vetere tam mature planeque evanuit, ut plerumque, cum ne signum quidem eius exstet, nisi ex indiciis satis reconditis cognosci non possit. Qua de re conferantur Deffneri Neograeca in Curtii stud. vol. IV p. 242. Itaque cum vetus γ littera in spirantem mutata esset, postea veterum spirantium in modum semper fere inter duas vocales eiecta est; λέγεις igitur auditur velut *lés*, λέγει = *léi*, λέγομεν = *léme*, λέγετε = *léte*, λέγουσι(ν) = *lén* cet. φαγίον (φάγημα) velut *faï*, τράγος velut *traï*, ἀγώγοι velut *ayói*, λοχαγός velut *loχaós*, *raïsi* pro ῥαγίσει = vet. gr. ῥήγνυμι. Unum exemplum spirantis initio vocabuli abiectae afferre possum: *ípsos* pro γύψος.

Nasales ut sunt molles flexibilesque, sic facillime nascuntur et facilius etiam evanescere solent. Itaque ut in locum prisci vocabuli latini *conjunx* postea *conjux* successit, sic in lingua graeca, quae nunc exstat, πέμπτη pronuntiatur velut *péfti*, νύμφη velut *nífi*, κάμνω velut *káno*. — ν excidit ex vocabulis: ἐκεῖνο, κανείς et κανένας (οὐδείς), κάνθαρος, πενθερός, quae nunc pronuntiantur velut *ekió*, *kaënas*, *skáϑaros*, *peϑerós* cet.

ϱ in dial. Samothracica (vid. Passov. p. carm.) evanuit in his exemplis: *staró* pro σταβρίν (στρεβλόν), χάος pro χάρος (χάρων), χεῖ pro χέρι = χείρ, *páo* pro πάρω = ἐπαίρω, *mamaëni* pro μαρμαρένιον (μαρμάρινον).

σ omittitur in mediis vocabulis: *epíïa* pro ἐποίησα (Passov. p. carm.).

In fine vocabulorum: δός μοι pronuntiatur *dóm*, χθές et προχθές ut *χté*, *proχté*.

§ 3.

Organa inter se permutantur.

Satis notum est haud paucas sonorum mutationes et apud veteres Graecos et in sanscritica, latina, umbrica, romanicis, germanicis linguis eo effici, quod organa, quae dicuntur, pronuntiandi inter se commutantur, nostrique temporis grammaticos zetacismi, labialismi, dentalismi nominibus has litterarum mutationes inter se distinxisse. Cf. Curtii El. Et. p. 416 sqq. Idem etiam in dialecto neolocrica eodem fere modo saepius factum est.

I. De labialismo.

1) Tenuis gutturalis κ, quantum ego quidem scio, nunquam in *p* transiit, neque fricativa lenis γ (*j*) saepe in *v* mutata esse videtur. Exemplum praebet dialectus macedonica, ubi pro adverbio vetere γοργῶς, quod in ceteris dialectis recentioribus γοργά (celeriter) factum est, *vorgá* auditur. Hic fortasse ex vocali *o* spirans *v* irrationalis nata est, ut gradus fuerint hi: γοργά, *gvorgá*, *vorgá*. Alterum invenitur in dialecto locrica: *χorú* enim vel *forú* (frixorium) eiusdem stirpis est atque vetus φώγανον. Nam fricativa *f* in χ et γ in *v* transierunt, ita tamen, ut vocalis *u*, in quam voces posterioribus temporibus saepius exeunt, cf. ἀλωπώ *alopú*, γ litteram quodammodo ad labialem sonum traduxisse videatur. Statuas igitur hanc seriem: φώγανον, *foγú*, *foγvú*, *χorú*. Inde derivatum est *χóroli* sive *χóγoli*, cinis. Contra verbum macedonicum *yoñgáo* sive *gogáo* idem est atque vetus γοάω, qua ex stirpe nata est forma altera βοάω eiusdem fere notionis.

Radix enim communis est *gu*, ad quam sct. *gôgu*, lat. *bovare*, gr. γοάω, γϝοϝάω, βοάω (Curt. El. Et. p. 435) pertinent.

Saepius fricativa fortis χ in *f* transiit: *γlífo* pro ἐκλείχω (per aphaeresin vocalis ε), *ftoíχi(on)* pro *χtoíχi(on)* ex ὀκτώηχος (per aphaeresin vocalis *o*).

Dentalem fortem τ in π transiisse puto in voce *píros* vel *púros* pro vetere τύλος, ubi ante vocalem *u* irrationalis *v* exstitit, ut *tvúros* pronuntiaretur, quod transiit in *púros* similiter atque lat. *duellum* in *bellum*.

Pro fricativa leni δ nunquam *v*, pro forti autem ϑ saepius *f* invenitur apud Locros. Θῆβαι ut *fíva* sonat, ϑηκάριον (ϑήκη) ut *fikarion*, σταϑμίζω vulg. ut *stafnízo*. Primum vocabulum sine dubio antiqua forma aeolica habenda est, quam, quod nomen fuit capitis Boeotiae, aeolice pronuntiatam esse etiam ab aliis Graecis nemo sit qui miretur. Aeoles autem ut Romani saepissime aspiratas veteres dentales in labiales immutabant, cf. att. ϑήρ, aeol. φήρ, lat. *ferus*. ποικιλόϑρον', aeol. ποικιλόφρον'. ϑοίναις aeol. φοίναις, πλήϑω aeol. πλήχω (cf. Ahrens de dial. aeol. p. 42). In vocabulo *stafnízo* pro σταϑμίζω organa inter se commutata sunt ita, ut ϑμ in *fn* i. e. fricativa dentalis in labialem, nasalis labialis in dentalem transiret, quod quidem facile fieri potuit propter naturam valde infirmam et liquidam utriusque soni.

II. De dentalismo et zetacismo.

Transitus consonantium gutturalium, rarius labialium, in ordinem dentalium, quem dentalismi nomine comprehendimus, et maiores illae mutationes, quibus nomen zetacismi dari solet, cum in linguis romanensibus latissime pateant, nec raro in vetere graeca voces varie deformaverint, etiam in lingua, quae nunc exstat, inveniuntur. Id vero nostra multum interest, dialectum neolocricam una cum recentiore boeotica et attica hac in re longius quam ceteras progressam esse, ut facile tres illae a reliquis Graecorum dialectis distingui possint.

Mutatio autem, ut docet Curtius (El. Et. p. 617), ita fit, ut 1) post tenues κ et τ ante *i* vel *e* *j* irrationalis intercaletur: *ti tji*, *te tje*, *ki kji*, *ke kje*.

2) ut ex *j* fricativa sibilans illa lenis, quam *z* littera designamus, nascatur: *tzi*, *tze*.

3) ut *z* lenis post tenuem *t* per assimilationem in fortem *s* induretur. Horum igitur quasi graduum in primo plurimae dialecti neograecae substiterunt (cf. Deffner, Stud. IV p. 266). Locrica vero boeotica attica usque ad tertium gradum processerunt; quamquam nulla eo usque progressa est, ut linguae italicae in modum *k* in *tš*, vel ad exemplum Francogallorum *s* (ç) converteret.

Itaque ut in lingua graeca antiqua λιτ-jo-μαι per intermedios gradus λιτ-zo-μαι, λιτ-σο-μαι, denique λίσ-σο-μαι, vel ut ἡκ-ίων, ἡκ-zων, ἡτ-σων, denique ἧσ-σων factum est, vel ut latinum *glacies* a Rumanis, qui dicuntur, in *ghiatze*, a Francogallis in *glace* mutatum est, sic neolocrica dialectus et dentalium et gutturalium mutationes prorsus similes continet.

1) In syllabis *ti* et *te* (gr. antiqu. τι, τη, τει, τοι, τε et ται) post *t* litteram nascitur sibilans fortis his in vocabulis:

tsiγarízo ex τηγαρίζω (τήγανον) (ν mutatur in ϱ) τηγανίζω = sartagine frigo. *tsirló* = τιλάω et *tsirliro* = mihi alvus fluit. *tsirla* ex τίλημα = evacuatio alvi.

tsíntziras et *tsínzikas* ex τέττιξ. *ritsíni* et *ritsína* ex ῥητίνη, lat. *resina*. Idem sonus exsistit in alio verbo stirpis incertae: *tsirízo*, quod onomapoetice significat clangorem avium atque prope accedit ad vetus τιτίζω. Alia exempla sunt *tsukáni*, quod antiquo τύκος, *tsúrma*, quod veteri τύϱβη respondet.

Simili affectione sonus *ts* etiam ex ττ efficitur, qui sonus duplex posterioribus temporibus aeque atque τ simplex sonabat ante *i* in *kótsifos*, *kotsífi* ex κόττυφος.

2) Ex principali *ki* et *ke* fit in tribus illis dialectis semper *tsi* et *tse*, cf. *tsíχla* ex κίχλη, *tsimbéri(on)* ex κιμβερικόν sive κιμβέριον (tunica muliebris, hodie tegumen

capitis muliebre), *tsíros* ex κίρρις aut κιῤῥίς in etymol. magno κιῤῥός. *tsiviki* ex κιμβίκιον (κίμβιξ), *tsínos*, *tsíni*, *tsíno* ex ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο. *tsimíli* ex κειμήλιον, *etsí* ex ἐκεῖ, deinde *tsidá* pro ἐκεῖ δή, et *tsíϑe*, *tsíϑene* atque *tsíϑenes* pro ἐκεῖϑεν. De postremi vocabuli paragoge cf. Deffner, Stud. IV 273.

tsirí ex κηρίον, *tsipos* ex κῆπος, *tsírikas* ex κῆρυξ, *tsifínas* ex κηφήν, *tsítos* ex κῆτος, *tsiγó* pro κἠγώ dor. pro att. κἀγώ, *tsiména* et *tsiménane* pro κἠμέ.

tsiϑára pro κιϑάρα, *tsinó* pro κινέω, *tsínδinos* pro κίνδυνος, *tsissós* pro κισσός, *tsítro* pro κίτρον, *tsíssa* pro κίσσα, κίττα.

tsenós, *tsení*, *tsenó(n)* pro κενός, ή, όν, *tsenóno* pro κενόω, in omnibus enim verbis, quae apud veteres in οω exeunt, *n* intercalatur, *tsefáli* pro κεφάλιον = κεφαλή, *tsefála* cum dor. *a* = κεφαλή, *tsérato* pro κέρας, *tsiχrí* pro κέγχρος (ubi *γ* omissum est), *tsernáo* et *tsirnó* pro κεράννυμι, κεράω, κίρνημι. *tsérδos*, *tserδéno* pro κέρδος, κερδαίνω praeter *tserdízo*. *tséo* ex καίω (praes. *tséo*, *tsés*, *tséi*, *tséme*, *tséte*, *tsén*) per contractionem, ubi vocalis *e* alias oppressit. *tserós* ex καιρός, *tsé* ex καί.

tsimúme ex κοιμῶμαι. *tsülía* ex κοιλία, ubi veteris diphthongi loco non *i* sed *ü* auditur. *tsinoniá* ex κοινωνέω, κοινωνία, *tsinós* ex κοινός, *tsinótis* ex κοινότης.

tsivernó et *tsivernítis* ex κυβερνῶ, κυβερνήτης. *tsiδóni*, *tsiδoniá* ex κυδώνιον, κυδωνία (malum cydonium, cydonia). *tsíklos*, *tsikláδes* ex κύκλος, κυκλάδες. *tsírjos* et *tsirá* pro κύριος, κυρία.

Post liquidam *r* et spirantem *s* eadem mutatio sonorum facta est: *artsetá* pro ἀρκετῶς. *stsízo* pro vulg. *skízo* vet. σχίζω. *stsulí* pro σκύλλος. *stsífto* pro κύπτω.

3) Media vetus *δ* saepissime quidem ante *e* et *i* in *dz* mutata est: διά = *dza* in omnibus compositis, porro *dzákonos*, *dzakóni(on)* pro διάκονος, διακόνιον, *dzávulos* pro διάβουλος = διάβολος, *dzavuliá* pro διαβολία, *dzaχílas* pro διαχείλας (labeo), *dzásteno* pro διάστενον, *dzávalis* pro διαβολεύς, *dzaγári* pro διαγρεύς. Urbs quaedam Macedoniae nominatur *Kodzáni* sine dubio pro Κωδιανή ex κώδιον, pro τερηδών auditur *trizóni*, pro δῆμος *dzímos*. Interdum autem eadem mutatio vel ante *a* vocalem efficitur. Ἀδάμος enim per aphaeresin vocalis initialis velut *dzámos*, δαμάλα (δάμαλις et apud Theocr. δαμάλη) velut *dzamála*, δόρξ, δορκάς velut *zarkádi(on)* sonat.

Hic transitus sonorum haud dubie iam exeunte antiquitate fieri coepit, quo tempore *δ* antiquum explosivae litterae sonum servabat, nam fricativa, quae postea in locum illius substituta est, quo modo in *dz* transiisset vix intellegi posset. Atque initia quaedam iam inveniuntur in lingua vetere, cf. ζόρξ vel δόρξ (quod modo commemoravimus) et notissima illa, ut Ζεύς ex radice *div* (διϝ); χϑιζός, ἀρίζηλος, alia (Curt. El. Et. p. 563—566) et quae Ahrens p. 46 attulit ex dialecto lesbiaca.

4) Praeterea zetacismo in dialecto locrica ante *i* et *e* affectae sunt veteres gutturales *γγ*, quae hodie plerumque velut *nj* pronuntiari solent. Hic quoque medius gradus erat *ndj*: ἄγγελος, *ánjelos*, *ándjelos*, locr. *ándzelos*. ἀγγίδα (= ἀκίς) vulgo a Locris pronuntiatur *andzíδa*, unde *andzilóno* = pungere.

5) Denique commemoranda est mutatio veteris mediae *β* in *δ* in dialecto locrica. Nam haec quoque dentalismi species est. Medium enim gradum substituas sonum nunc pervulgatum *v*, qui, aeque atque gutturales, in interdentalem *δ* immutatus est. Itaque habemus pro vetere βῆμα *vjíma*, *δjíma* hodie *δíma*; *δjá*, *δjázome*, *δjastiká* pro βία, βιάζομαι, βιαστικῶς (Passov. popul. carm. gr.), *δjaléta* (gr. ἴον), lat. *viola*, ital. *violetta*, praeterea *δjoli* = ital. *violino*; denique pro βούκεντρον *δikéntri*, ubi *u* ad *i* vocalem iam prope accessisse putandum est, antequam consonans *β* mutari potuerit.

III. De quibusdam *v* et *ϑ* litterarum immutationibus.

1) Explosivae *β* linguae veteris in dialecto locrica respondet interdum vel *j*, vel ante *e* et *a* *γ*, id est fricativa illa velaris, cuius naturam Deffner Stud. vol. IV p. 241 sqq. accurate descripsit. Sic pro vulgari *Vólos* (*Βῶλος*, urbs Thessaliae) Locrenses *vjólos* vel *γólos* dicunt, pro *vúpa* (*βόαξ*, *βῶξ*) *γúpa* sive *júpa*, pro *vorvorizo γorγorízo* (Hesych. *βορβορίζω*), quamquam hoc verbum etiam ex vetere *κορκορυγέω* derivari potest pro *súvla* (lat. *subula*) *súγla*, pro *ϑlivo* (*ϑλίβω*) *slíγo* (cf. p. 352), pro *βουδόρος γúduras.*[1]) Hunc transitum sic factum esse arbitror, ut *v* fricativae *j* litterae sonus adhaereret, qui cum utrique litterae vis explosiva prorsus deesset, non poterat *d* litteram procreare, sed magis magisque ita praevaluit, ut *v* prorsus evanesceret.

2) *ϑ* in *χ* mutatae exempla haec sunt: locr. *χliverós* pro vetere *ϑλιβερός*, *ϑλίβομαι*, *χlivome* epir. *χlívome* et *flivome*, *χliverá* et *fliverá*, quamquam etiam *ϑlivá* exstat (cf. *T. Χρ. Χασιώτου συλλογὴ τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον δημοτικῶν ᾀσμάτων*), vetus *πάϑνη* (*φάτνη*) vulgo et locrice *paχní*(*on*) dicitur, *ἀναπωϑέω*, *ἀμπωϑέω*, *ambóϑno*, *ambóχno*, *ἦλϑον*, *írχa*, *aχnós* pro *ἀτμός*. Crediderim huius quoque transitus causam fuisse *j* litteram, quae cum *ϑ* coniuncta per assimilationem in *χ* transiret, denique eam litteram, ex qua quasi procreata est, paulatim exstingueret.

§ 4.

De labialismo et dentalismo sonorum duplicium ξ et sk.

Similiter atque in lingua vetere ex radice *skap* non modo *σκεπ* (*σκεπάζω*) et sanscritum *kshap-as* progignitur, sed etiam *ψεφ* (pro *psap*), quod in *ψέφας* conspicitur (cf.

[1]) Formas nunc pervulgatas *γlépo* pro *βλέπω*, *glávatsa* pro *βλήχων*, a veteribus formis gutturali incipientibus deducendas esse arbitror. Cf. Curt. El. Et. 438, (Theocrit. V, v. 56 *γλάχων*).

Curt. El. Et. p. 656), sic in dialecto vulgari pro *ὀξύς*, *ὀξύ* *apsís*, *apsí* auditur, quo vocabulo significatur homo *ὀξύϑυμος*. Ad verbum *ζεύγνυμι* pertinent futurum *zépso* pro *ζεύξω*, *zepsiá* pro *ζεῦξις*. *epsé*(*s*) dicitur pro *ἐχϑές*.

ξ vetus mutatur in *ts*, e. g. *ἐξώφλοιον* hodie pronuntiatur *tsófli*(*on*). Denique *sk* vetus per metathesin transit in *ks* et dentalismo in *ts*: *πέσκος*, *πεσκίον* hodie sonat *petsí*(*on*). Exitus deminutivorum *ίσκιον* mutatur in *ítsi*(*on*), *κόρη*, *κορίσκιον* *korítsi*, *κύριος*, *κυρίσκιος* et *κυρίσκης* *kirítsis*, femininum ex analogia *kirítsa* et *kirátsa*, *Πέτρος* *Petrískios*, *Petrískis*, *Petrítsis*.

§ 5.

De sonis quibusdam, qui induratorum speciem praebent.

1) Hic primus commemorandus est transitus fricativae lenis *j* vel *γ* in fortem *χ*. Videtur haec immutatio non tam per assimilationem, quam ex causis singularibus et quasi fortuitis nata esse, praesertim cum saepissime ante nasales inveniatur, quae quidem litterae alioqui nullam nisi emolliendi vim habere solent. Consideres *dioχménos* pro *δεδιωγμένος*, *dioχmós* pro *διωγμός*. Chasiotis affert *liχní* apud Epirotas pro *λυγνή* = *εὐλύγιστος*, *arχirokánato* pro *ἀργυροκάνατον* (aquam recipiens calix argenteus). Mirum est contraria affectione locr. *δraγmí* et *δraγumí* ex *δραχμή* factum esse.

Fricativa lenis *γ* in verbis locricis *éfχi* pro *ἔφυγε*(*ν*), *ἔφ*(*υ*)*γεν*, *afχiúme* pro *ἀφ*(*η*)*γοῦμαι* (apud ceteros *éfki*, *afkiúme*) per assimilationem indurata est.

2) Maioris momenti est abiectio aspirationis. Interdum enim non fricativae *χ*, *f*, *ϑ*, quas plerumque ex veteribus aspiratis nasci vidimus, sed explosivae fortes *k*, *p*, *t* veterum aspiratarum loco inveniuntur. Contrarium commemoravimus supra § 1, 1.

a) *k* pro vetere *χ* initio vocabulorum positi unum tantum exemplum afferre possum, h. e. *kórδa* pro *χορδή*, ante

vocalem; post *s* autem haud pauca: *skóli* pro σχολή retracto accentu, *skízo* pro σχίζω, *skiní* pro σχοῖνος, *skázo* pro σχάζω, *skéδjo* pro σχέδιον, *skíma* pro σχῆμα cet.; in mediis vocabulis post fricativam *v* vel *f*: *efkí* pro εὐχή, *éfkome* pro εὔχομαι, *efkélio* pro εὐχέλαιον; post *r* in verbis *arkiníso* pro ἀρχινήσω (ἄρξομαι), *opórkete* pro ὅπου ἔρχεται, et in *arkontes, arkontolói* pro ἄρχοντες, ἀρχοντολόγι(ον) (Passov. p. carm. gr. 299. τ, 51).

b) π pro φ: ἀσφάραγος auditur hodie velut *sparángi*, ῥαφανίς velut *rapáni(on)*, φάλαγξ, φαλάγγιον velut *spalángi(on)* cum *s* prothetica.

c) τ pro ϑ et στ pro σϑ: *írta* pro ἦλϑον, *eχtés* et *χté* pro χϑές, ἐχϑές. εὐϑηνός pronuntiatur ut *eftinós*, *éftasa* et perfect. *éftaka* pro ἔφϑασα, ἔφϑακα. *eχtrós*, *éχtra* pro ἐχϑρός, ἔχϑρα. *vutízo* et *vutó* pro βυϑίζω cet. (Conf. Fauriel p. c. gr.) *erríkti* pro ἐρρίφϑη. Passovius *írte* pro ἦλϑε, *eχolotárti* pro ἐχολώϑη, *ortós* pro ὀρϑός affert. Chasiotis: *eftís* pro εὐϑύς, *olórtos* pro ὁλόρϑος = ὅλως ὄρϑιος. Theod. Kind: *irta* pro ἦλϑον, ἀλλαχϑῇ *alaχtí*, *γefti* pro γευϑῇ, *lapato* pro λάπαϑον. μισϑός hodie pronuntiatur ut *mistós*, ἀσϑενής ut *astenís*, *pistinós* pro ὀπίσϑιος, *stánome* pro αἰσϑάνομαι.

Contra vetus ϑ in *káϑsa* pro ἐκάϑισα apud Locros, quippe qui fricativam ante sibilantem tolerent, servatur, cum reliqui Graeci eius loco tenuem habeant: *kátsa*, *kátse*.

Exempla, quae hac paragrapho continentur, non parvi momenti sunt, propterea quod etiam ex his id, quod iam aliis argumentis confirmatum est, colligi licet, aspiratas in lingua graeca aliquando revera sonis explosivis cum spiritu *h* coniunctis constitisse. Hae igitur explosivae spiritu abiecto in eis quae attuli exemplis integrae remanserunt. Fricativae enim in explosivas transire non poterant. Concedendum vero est, causas, cur aspiratio his in vocabulis evanuerit, ubique intellegi non posse. Hoc tamen respicias, sonos explosivos *k*, *t*, *p*, ubi in veterum aspiratarum locum successerint, plerumque iuxta fricativas *v*, *s* et liquidam *r* positos esse. Quare, ne tales litterarum coniunctiones, quales

sunt *vχ*, *sχ*, *sf*, *rχ*, *sϑ*, efficerentur, aspiratio potius abiecta esse videtur. Quamquam pauca exempla restant, in quibus certam quandam causam, propter quam explosivae veteres conserventur, indagare non possum.

§ 6.

De singularibus quibusdam sonis noviciis.

Iam supra, cum de labialismo diximus, fricativam *v*, cum de dentalismo, fricativam *j* intercalatam esse vidimus. Restat ut pauca addam exempla, ubi *j* posterioribus temporibus accreverit. Accedunt deinde soni alii irrationales, velut λ, ϱ, *s* et *n* (ν) sive *ṅ*, qui cum omnes natura sint levissimae, inter alios sonos haud raro fortuito procreantur.

a) *j* interdum in dialecto locrica exstat pro spiritu aspero vel leni. Haec consonans, ubi asperi vice fungitur, etiam per mutationem organorum exstitisse dici potest, cum articuletur ita, ut spiritus per laryngem quidem et os sine ullo obstaculo feratur, sed palatum leviter attingat. At iam pristinis temporibus in lingua graeca spiritus saepissime inter se commutati sunt (cf. Curt. El. Et. p. 636). Itaque cum spiritus asper iam tum interdum evanuerit, pro certo haberi non potest, *j* his in exemplis revera vicem eius praestare. Itaque haud scio an ibi quoque *j* irrationalis sumenda sit. Spiritus lenis, in quo naturam soni inesse, quamvis infirma sit, negari nequit (cf. Curt. El. Et. p. 45 adnot.), etiam in linguis slavicis in *j* transit. Transitus autem ille non tam valet ad sonum amplificandum et augendum, quam ad sonitum lenem, qui gutture aperiendo exoritur, commode compensandum:

jéma pro αἷμα, *jílios* pro ἥλιος, *jídjos* pro ἴδιος, *jérmos* pro ἔρημος, *jéla* pro ἔλα (ex ἐλαύνω), *jírte* pro ἦλϑε, *júkos* pro οἶκος (Theod. Kind, Antholog.). Chasiotis ex carminibus epiroticis affert *jérontas* pro ἔρωτας (ἔρως), *jiní* pro ἰνίον, *jétos* pro ἔτος, *janiázo* = ἀνιάω, *jioménos* = ἰωμένος (ἰόω).

Eadem ratione irrationalis *j* inter vocales, qua hiatus tollitur, explicanda est. Valet enim ad vocalem alteram cum altera commode coniungendam. E. g. *Λεωνίδας* hodie a Locris pronuntiatur ut *Lejonídas, Ναούμ* (nom. propr.) *Najúm, λαός* ut *lajós, Θεοδόσιος* ut *Θejoδósi(o)s, ἐκάησαν* ut *ekajíkan* cet.

b) *γ* velaris lenis interdum exsistit ante *n* nasalem, quae initio vocabulorum ante vocalem aut in mediis vocabulis inter duas vocales posita est. Subauditur autem nasalis quaedam, quae ad *ṅ* gutturalem proxime accedit: *νῆμα* pronuntiatur ut *γnema, νήθω* ut *γnéθo, aγnántia* pro *ἐναντίον, síγnefo(n)* pro *σύννεφον* (*νέφος*), *cγniá* pro *ἐννέα, éγnia* pro *ἔννοια*, in quo possit aliquis coniicere, veterem formam aeolicam *γνοέω* (rad. *gno* Curt. El. Et. No. 135) conservatam esse. Etiam ante *l* exstat *γ* in *γláros* pro *láros* (lat. *larus*).

c) Magis etiam mirum est, quod *l* et *r* in nonnullis vocabulis posterius accessisse videntur, sic in *γlástra* pro *γάστρα* (*γαστήρ*), *orlióme* pro *ὠρύομαι, murlós* pro *μωρός*. De aliis dubitari potest.

d) *b* intercalatur inter *m*, *l* et *r*. Sic vocabulum *γεώμορον* (*γεωμόρος*) syncope vocalis *o* facta pronuntiatur a Locris ut *γiómbro*. Prorsus eodem modo apud veteres ex *μεσημερία μεσημβρία* factum est. Vocabulum *μηλέα* eadem affectione in *mbliá* conversum est. Hoc cum vetere *μέμβλωκα* comparandum erit.

e) *m* intercalatur ante *p*: vocabulum *λεπίς* auditur ut *lembíδa, ῥόπαλον* ut *rúmbalo(n), στυπάζω* ut *stumbízo* cet.

f) *s* prothetica exoritur interdum ante *κ*, *π* et (*β*) *z*: *skáθaros* pro *κάνθαρος, skantróχiros* pro *ἀκανθόχοιρος* = *ἐχῖνος* (lat. echinus terrester), *skorδúla* pro *κορδύλη, skóni* pro *κόνις, sváraχna* pro *βράγχια, βαράγχια, svólos* pro *βῶλος* (gleba), *svraχniázo* pro *βραγχιάω, spalángi* pro *φαλάγγιον, spurγítis* pro *πυργίτης* (= *στρουθός*).

Radices horum vocabulorum quoad investigari possunt, nunquam principalem *s* ostendunt. Quare *s* ex causis ex-

ternis, quae ex sonorum natura nascantur, procreatum esse arbitror. Formae igitur veteres duplices *σκύτος* et *κύτος*, *σκίδνασθαι* et *κίδνασθαι* cet., ubi *sk* vetustissimae sumendae sunt, videntur tantum similes esse, non sunt (cf. El. Et. p. 645).

g) *δ* prothetica invenitur in vocabulis: *Δjakovákis, Δjakumís* pro *Ἰάκωβος, δjáki* pro *οἴαξ*. De huius prothesis analogia pluribus egit Curtius El. Et. p. 570.

§ 7.

De metathesi.

De natura metathesis, quae fit in lingua recentiore, nihil fere novi habeo quod dicam. Haec enim similiter fit atque in lingua vetere maxime ubi *r* et *l* cum aliis consonantibus coniunctae sunt. Quamquam propterea quod pronuntiatio sonorum in dies obscurior facta est, maior quaedam transponendi licentia in hodierna quam in vetere lingua conspicitur.

a) Metathesis liquidae *ϱ* (*r*):

περκνός et *πρεκνός* hodie auditur ut *preknós, σκορπιός* ut *skropiós, σκορπίζω* ut *skropízo, λειτουργία* ut *litrujiá, terlós* pro *τρελός, aδréfia* pro *ἀδέλφια* = *ἀδελφοί, stréγo* pro *στέργω, korkóδilos* pro *κροκόδειλος, tetráδi* pro *τετάρτη, prurnó* pro *πρωϊνός* (*όν*), *purnári* pro *πρῖνος, prióvolo(n)* pro *πυροβόλον, γronizo* pro *γνωρίζω, korniaχtós* pro *κονιορτός, aχirnó* et *χirnó* pro *arχinó* = *ἄρχομαι*.

ἕλμινς pronuntiatur ut *leviθa* ex *lemínθa*[1]), *levínθa*.

m: *ἀμνός, ἀμνάριον* pronuntiatur ut *manári(on)*.

b) *r* interdum hyperthesin in aliam syllabam patitur.

krambolάχano(n) enim (compositum ex *κράμβη* et *λάχανον*) hodie pronuntiatur ut *kambrolάχano(n), ἀμέλγω* ut *arméγo, πίκρα, πικρία* ut *príka, prikiá, τάφρος* ut *tráfo*.

---

[1]) *m* mutatur in *v* etiam his in vocabulis: *vizáno* pro *μυζάω, vurvukiá* pro *μυρμηκιά, χaviá* pro *κημός, vána* pro *μάμμη* (Hesych.).

s transpositum esse videtur in *smiγo* pro *μίσγω*, *μίγνυμι*.

c) Liquidae, nasales, fricativae inter se locos commutant.

λ et *ϱ*: *lorói* pro *ὡϱολόγιον*. *ϱ* et *δ*: *δorákina* pro *ῥοδάκινα*. *ϱ* et *ν*: *γronízo* pro *γνωϱίζω*, *niroδíkis* pro *εἰϱηνοδίκης*. *μ* et *β* (*v*): *volími* pro *μολύβιον* (*μόλυβος*). *σ* et *φ*: *lisfakiá* et *alifaskiá* pro *ἐλελίσφακον*. *σ* et *λ*: *mesófalos* pro *μεσόλοφος*. *γ* et *δ*: *miδγaliá* pro *ἀμυγδαλέα*.

CAPUT ALTERUM.

DE VOCALIBUS.

Hoc capite minime mihi in animo est, historiam vocalismi linguae graecae recentioris scribere, quippe quae in universum plerisque nota sit (cf. Deffner, Stud. IV, p. 35 sqq.).

Ea sola hic considerabimus, quae nova et ad leges grammaticae et etymologiae graecae illustrandas apta esse videntur. Singularia autem illa, quae in vocalismo recentiore inveniuntur, ex duplice ratione iudicanda sunt, ut distinguantur 1) vocales eae, quae veterum sonorum, sive graecorum, sive etiam antiquiorum, id est graeco-italicorum vel indogermanicorum, reliquiae esse videntur, 2) eae quae posterioribus demum temporibus ex veteribus sonis certa lege immutatis natae sunt.

§ 8.

Veteres vocales quae supersint.

Eas vocales linguae recentioris, quae vel a dialecto attica vel a lingua exeunte antiquitate pervulgata (*κοινή*) abhorreant, nec tamen ab his ex legibus, quae de natura

vocalium observatae sunt, deduci possint, vetustiorum sonorum quasi testes haberi consentaneum est. Plerumque autem de aetate, qua floruerint vocales, aut de origine earum dubitari nequit. Ubi vero dubitari potest, operam dabo, ut quomodo singularia cum legibus etymologiae comparativae conveniant demonstrem et suum cuique in continua formarum serie locum tribuam. Disposui autem illa ita, ut de singulis sonis deinceps agerem. A dialectis enim aut periodis haud facile proficisci poteram, propterea quod cui dialecto aut aetati exempla sint ascribenda nonnunquam valde dubium est. Neque ut hanc quaestionem absolverem mihi proposui.

1) Vetus vocalis *a* servata est.

a) In femininis doricis, quae exitum habent in *a* pro attica *η*.

Vetus vocabulum *τολύπη* hodie pronuntiatur ut *tolúpa*, *βελόνη* ut *velóna*, *μαλάχη* ut *molóχa*, *σκάφη* ut *skáfa*, *Ἑλένη* ut *Léna*, *εἰϱήνη* ut *rína*, *δάμαλις* et *δαμάλη* ut *δamála* cet.

b) In dorico augmento temporali verborum eorum, quorum *η* in dialecto attica orta est e priore *a*: att. *ἤκουσα* hodie vulg. *ákusa*, *ἤϱγησα árγisa*, *ἥϱπασα árpaxa*, *ἠτίμασα atímasa*, *ἠγόϱασα aγórasa*, *ἤλειψα álipsa* cet.

c) In aor. secundo verbi *ἵστημι στῆθι* pronuntiatur velut *stásu* et perf. *stáka* a rad. *στα*, cf. aeol. dor. *ἔστα*, *στᾶθι*, Theocr. 15, 82 *ἑστάκαντι*, Soph. Ai. 200 *ἕστακεν*. Similiter auditur *apostásis* pro *ἀποστήσῃ*, *váte* pro *βῆτε* (Soph. Ant. 120 *ἔβα*).

d) Pro *ε* vetere in *arγátis*, *arγázo*, *arγalió* pro att. *ἐϱγάτης*, *ἐϱγάζομαι*, *ἐϱγαλεῖον*. Etiam apud veteres *α* priscum remansit in voce *Ἀϱγαδεῖς* (cf. Curt. El. Et. p. 171), accedit *aχéli* = *ἔγχελυς* lat. *anguilla*.

e) Pro att. *o* in substantivis his: *zarkáδi(on)* att. *δοϱκάς* a rad. *dark*, sanscr. *darç*, cuius *α* servavit forma *ἔδϱακον* (cf. El. Et. p. 129), *arníθia* pro *ὄϱνιθες* (ib. p. 325), *arfanós* pro *ὀϱφανός* (ib. p. 277), *astakós* pro *ὄστακος*,

astrídi pro ὄστρεον (ib. p. 197), *manaχós* pro μοναχός. *armáϑa* et *armáδa* i. e. att. ὁρμαϑός, quocum conferendum est sanscrit. *sarat.*

amóno att. ὀμόω ex ἅμα sct. *sama.* Cf. dor. ἄναρ pro ὄναρ (Hesych.), ἄναιρον pro ὄνειρον Κρῆτες, lac. σαλία pro ϑολία, Alcm. 70 κάρρα pro κόρση (Ahrens p. 120).

f) Pro vetere ω in: φανάζω pro φωνάζω (φωνέω) rad. φα, cf. φη-μί, φάσκω, φάτις, sct. *bhâsh*, *bhan*, lat. *fari, fama, fateor, fabula.*

Hic igitur vetus *a* indogerm. et graeco-ital. servata est, quae in lingua graeca classica hoc in vocabulo in ω obscurata est. Pro vetere ῥώξ nunc vulgo auditur *róγa*, Locrenses autem *ráγa* pronuntiant, quocum ῥάξ conferendum est. *lavóno* est vetus λωβάομαι (de quo vid. Curt. El. Et. p. 344). *avγón* vet. ᾠόν, graeco-ital. *ôvjo-m* (cf. ib. p. 364), principalis forma graeca ὤϝιον, lat. *ov(j)um*, principalis forma indogerm. *âvjam*, sl. *jaje.*

ksáo vet. gr. ξύω. In lingua vetere graeca exstant praeterea verba ψάω, ξέω. Principalis igitur forma ξάϝω, unde ξύω et ξέω (cf. vet. germ. *skafa*, *skaba* Fick 181). *ksáo* igitur linguae recentioris eiusdem est gradus atque ψάω sine labialismo (cf. Curt. El. Et. p. 651).

2) Vetus ε vocalis servata est in vocabulo *nema* pro att. νῆμα rad. νε, νέω, lat. *neo*, *nemen*, *netus* (cf. El. Et. p. 295).

3) Vetus vocalis *u* servata est pro vetere *y* ante et post labiales: *γúva* pro κύπη (γύπη), *χiústo* pro χύσον αὐτό, *túmba, tumbanon* pro τύμβος, τύμπανον, *skuti* pro σκύτος, *kuvás* pro κύββα cet. (cf. Deffner p. 318).

§ 9.

Quomodo vocales permutatae sint.

Mutatio vocalium efficitur partim vi sonorum proximorum, partim studio quodam commoditatis, partim pronuntiatione

obscura, qua factum est, ut magis magisque vocales corrumperentur et saepius soni a pristina vocabuli alicuius forma alieni producerentur.

1) Vocales obscurantur.

a) Vetus *a* obscurata est in *o*:

μολόχα att. μαλάχη. Iam veteres Dorienses sic pronuntiasse constat (Ahrens p. 120).

b) Vetus ε transiit in *o* ante χ et *t*.

oχtrós pro ἐχϑρός, *δjotiko(n)*, *triotiko(n)* pro διετές, τριετές, *ótimos* pro ἕτοιμος. Cf. Deffner, Stud. IV p. 310.

c) Att. η nunc sonat *u* ante *l, p, s* et inter nasales.

Haec exempla putaverim ex vetere *a* explicanda esse, quae servata est in dialecto dorica, ita quidem ut α per medium *o* paulatim in *u* obscuraretur: *zúlia* et *zulévo* pro ζῆλος, ζηλόω, posterioribus temporibus ζηλία, ζηλεύω, dor. ζᾶλος, *zevγulátis* pro ζευγηλάτης et ζευγελάτης, *susámi* pro σήσαμον. Hoc vocabulum unde derivandum sit dubium videtur, quamquam subiicienda est forma altera *sasamon.* *émun* pro ἤμην imperf. verbi εἰμί. *supiá* pro σηπία, cf. ἐσάπην aor. verbi σήπομαι, lat. *sapio*, gr. σαπρός (El. Et. p. 424). Medium *o* inest in vocabulo σόπος. *parasúmi* pro παράσημον dor. σᾶμα.

d) α et ω obscurantur in *u*. Huius transitus multa exempla attulit Deffner, l. c. p. 319.

§ 10.

Vocales attenuantur.

Series vocalium, de quibus nunc agemus, prout maiore aut minore vi ad eas articulandas opus est, haec est:

a, e, i (Curt. El. Et. p. 398. Bopp, Vgl. Gr. 1, 13). Permutatio igitur vocalis *a* in *e*, et *e* in *i* deminutio sive attenuatio habenda est. Haec vero inde a temporibus Indogermanorum in omnibus linguis continuo fere facta atque in

neograeca iterum ac saepius repetita est. Omnibus notus neque hic accuratius considerandus est itacismus, qui dicitur, linguae neograecae. Commemorandum autem est, in dialecto neolocrica non ubique veteres vocales υ et οι in *i* deminutas esse, sed *y* obscuriorem interdum conservatam esse. Attulimus supra p. 368 exempla, ubi vetus ε pro η servata est. In iis, quae sequuntur, considerabimus tria: transitum veteris vocalis α in *e*, ε in *i*, ο in *y*:

a) α transiit in *e*.

κράββατος nunc pronuntiatur velut *kreváti*, βάλανος ut *veláni*, τέσσαρες ut *tésseres*. Similiter ionica forma τέσσερες, τέσσερα. Ναύπακτος ut *Népaχtos*, *Népaftos* et *Épaχtos*. His in exemplis excepto postremo transitus in eis syllabis fit, in quibus α accentu caret. Idem factum est in verbis, quae cum praepositionibus in α exeuntibus composita sunt, ut *anevéno* (ἀναβαίνω), *katevéno* (καταβαίνω), *paleϑúri* apud Epirotas pro παράθυρον.

b) α transiit in *e* in omnibus verbis, quae in -άνω exitum habent: *lavéno* pro λαμβάνω (μ eiecta), *maϑéno* pro μανθάνω (ν eiecta), *tiχéno* pro τυγχάνω (γ eiecta), *laϑéno* et *laϑévo* pro λανθάνω, *anténo* pro ἀντάω (intercalata ν).

Porro in formis verbi γελάω: *yelémi, yelési, yeléti* pro γελάομαι, -ῶμαι, et omnium aliorum, quae exitum habent in -άω. Hic accentus syllabam producit.

c) ε in *i* attenuata est in:

kirnó pro κεράω, κεράννυμι, cf. κίρνημι, κιρνάω, *kinóno* pro κενόω cet. Similiter in futuro *kiráso, kinóso*. In aoristo autem *ekérasa* et *kérasa*, *ekénosa* et *kénosa*, ubi *e* servata videtur propterea quod accentum habet. Porro *pirδíki* pro περδίκιον deminutivum vocabuli πέρδιξ (tamen *pérδika*), *iftá* pro ἑπτά, *ϑiós* pro θεός. Idem fit in omnibus substantivis, quae exitum habent in -εα: *miliá* pro μηλέα, *sikiá* pro συκέα, *itjá* pro ἰτέα, ἰτέη, ἰτείη cet.

d) ο apud Locros in *y* (υ), apud ceteros Graecos in *u* attenuata est:

Vocabulum κρόμυον solet pronuntiari nunc velut *krumíδi*, a Locris autem velut *krymíδi*, ποντικός (μῦς) velut *puntikós*, a Locris *pyntíkio(n)*.

§ 11.

De rarioribus quibusdam vocalium affectionibus.

Iam commemorabimus mutationes vocalium nonnullas, quibus neque obscurari neque attenuari soni videntur. In his incertam quandam et minus distinctam pronuntiationem mutationis causam fuisse cognoscas ex eo, quod semper in syllabis, quae accentu carent, positae sunt nec raro in formis secundariis iam plane evanuerunt.

a) *i* mutatur in *a*:

Vocabulum ἴχνος hodie sonat velut *aχnári(on)*, ubi cum *a* altera in secunda syllaba addita, tum χ gutturalis, quae ante *n* fit velaris, causa mutationis erat.

b) *i* mutatur in *e*:

repídion pro ῥιπίδιον, *eδikós* pro ἰδικός, *kréno* (lat. *cerno*) pro κρίνω.

c) *o* mutatur in *e*:

Ὄλυμπος auditur velut *Élimbos*. βέμβυξ velut *vembiki(on)*.

υ in *o* transiisse videtur, nec tamen revera transiit in verbis, quae terminantur hodie in *-ono* pro -υνω:

meγalóno pro μεγαλύνω, *apalóno* pro ἀπαλύνω, *malakóno* pro μαλακύνω, *alafróno* pro ἐλαφρύνω cet. Haec enim similiter atque verba in *-ono* pro att. -οω ex ipsis adiectivis in ο (μεγαλο) deflexa sunt. Nec minus *o* in *a* transiisse tantum videtur in participiis praes.: in *-amenos* pro vet. -ομενος velut in: *leγámenos* pro λεγόμενος, *erχámenos* pro ἐρχόμενος. Haec ex analogia participiorum aor. I formata sunt.

§ 12.

De vocalibus eiectis.

Vocales saepius cum in aliis linguis recentioris aetatis tum in graeca eiectae sunt. Quod quidem fieri videtur eo, quod homines quam celerrime atque brevissime loqui student, qua de causa vocales primum attenuantur, denique omnino omittuntur.

A. Initio vocabulorum (aphaeresis).

Aphaeresis in lingua neograeca ita increbuit, ut lex universa statui non possit nisi negativa haec: aphaeresis ibi tantum non fit, ubi vocalis initio vocabuli posita accentum habet. Ceteroquin enim omnes vocales, sive olim breves, sive longae, sive diphthongi *αι, ει, οι* fuerunt, eiici possunt, praesertim ante *l, m, n* et ante fricativas atque *ks* et *ps*:

a) *a*: *yeláδa* pro *ἀγελάς*, *γanaχtó* pro *ἀγανακτῶ*, *γlíδa* pro *ἄγλις* (*-ιϑ-ος*), *γlaïja* pro *ἀγλαΐα*, *kontári*(*on*) pro *ἀκόντιον*, *δjamánti* pro *ἀδάμας*, *mávros* pro *ἀμαυρός*, *Θanásis* pro *Ἀϑανάσιος* cet.

b) *e* (*ε, αι, ευ*):

lámno pro *ἐλαύνω*, *psino* pro *ἑψήνω*, *psáni* pro *ἑψάνη*, *láδi* pro *ἔλαιον*, *lafi* pro *ἔλαφος*, *vδomáδa* pro *ἑβδομάς*, *leimosíni* pro *ἐλεημοσύνη*, *léfteros* pro *ἐλεύϑερος*, *Lipsína* pro *Ἐλευσίς*. Saepissime *ε* in vocabulis omittitur compositis cum praepositionibus *ἐν, ἐκ, ἐξ* et *ἐπί*, e. g. *mbrós*, *mbrostá* pro *ἐμπρός*, *ἔμπροσϑεν* dor. *ἔμπροσϑα*, *ntósϑia* pro *ἐντόσϑια*, *sokárδi* pro *ἐσωκάρδιον*, *kséχo*, *kseró*, *ksakustós*, *ksámino*(*n*) pro *ἐξέχω*, *ἐξαιρῶ*, *ἐξάκουστος*, *ἑξάμηνον*, *γδíno* pro *ἐκδύω*, *γδérno* pro *ἐκδέρω*, *pitíδjos* pro *ἐπιτήδειος*, *piδéksios* pro *ἐπιδέξιος*, *piϑimó* pro *ἐπιϑυμῶ* cet.

αι: *stánome* pro *αἰσϑάνομαι*, *γíδi*(*on*) pro *αἰγίδιον* = *αἶξ*, *γialós* pro *αἰγιαλός*, *γíftos* pro *Αἰγύπτιος*, *matoménos* pro *αἱματωμένος*, *Lipsós* pro *Αἰδηψός*, *muδiázo* pro *αἱμωδιάω* = *αἱμωδέω*, *mutostatis* pro *αἱμοστατικός* cet.

ευ cum vulgo *ev* vel *ef* pronuntietur, aphaeresi in consonas *v* vel *f* convertitur: *vγenikós* pro *εὐγενικός*, *vrísko* pro *εὑρίσκω*, *ftiχisménos* pro *εὐτυχισμένος* i. e. *εὐτυχής*, *vangélio*(*n*) pro *εὐαγγέλιον* cet.

c) *i* (*ι, η, υ, ει, οι*):

ι: *δés* pro *ἰδέ*, *kanós* pro *ἱκανός*, *ná* pro *ἵνα*, *δjótropos* pro *ἰδιότροπος*, *sázo* pro *ἰσάζω*.

η: *liázome* pro *ἡλιάζομαι*, *méra* pro *ἡμέρα*, *meróno* pro *ἡμερόω*, *mís* pro *ἡμεῖς*, *Liás* pro *Ἠλίας*, *misós* pro *ἥμισυς*, *δjósmo*(*n*) et *josmo*(*n*) pro *ἡδύοσμον* cet.

ει: *saftón*, *saftín* pro *εἰς αὐτόν*, *εἰς αὐτήν*. *stón*, *stín*, *stó* pro *εἰς τόν*, *εἰς τήν*, *εἰς τό*. *pé* et *pés* pro *εἰπέ*. *rína* pro *εἰρήνη*.

οι: *konómos* pro *οἰκονόμος*, *kiakós* pro *οἰκιακός*, *koδomí* pro *οἰκοδομή*.

υ: *vrízo* pro *ὑβρίζω*, *γiá* pro *ὑγεία*, *δrópikos* pro *ὕδρωψ*, *liχtáo* pro *ὑλακτέω*, *psilós* pro *ὑψηλός*.

d) *o*: *níχi* pro *ὄνυξ*, *líγos* pro *ὀλίγος*, *píso* pro *ὀπίσω*, *miló* pro *ὁμιλέω*, *mónia*, *moniázo* pro *ὁμόνοια*, *ὁμονοέω*, *χtapóδi* pro *ὀκτάπους*, *fíδi* pro *ὄφις*, *limbiáδa* pro *ὀλυμπιάς*, *máti* pro *ὀμμάτιον* cet.

ω: *feló* pro *ὠφελῶ*, *félia* pro *ὠφέλεια*, *rolóï* et *loróï* pro *ὡρολόγιον*, *sán* pro *ὡς ἄν*.

e) *ου* in *δén* pro *οὐδέν*.

B. De syncope.

Saepissime vetus *ι* nec raro veteres *η, ει, υ, οι* eliduntur.

a) *i*: *áδkos* pro *ἄδικος*, *stári* pro *σιτάριον* (*σῖτος*), *pϑári*(*on*) pro *πιϑάριον* (*πίϑος*), *Kórϑos* pro *Κόρινϑος*. Maxime in vocabulis in *-ινος* et *-τρια* (*τρις*) exeuntibus, e. g. *χtisnós* pro *χϑεσινός*, *pistnós* et *pisnós* pro *ὀπισϑινός* (*ὀπίσϑιος*), *sternós* pro *ὑστερινός*, *persnós* pro *περυσινός*, *ksílnos* pro *ξύλινος*. Etiam ante vocalem *ι* eliditur: *ifántra* pro *ὑφάντρια*, *misítra* pro *μεσήτρια*, *plistra* pro *πλύντρια*, *πλυντρίς*,

χoréftra pro *χορεύτρια*, *δuléftra* pro *δουλεύτρια*, *saγóni(on)* pro *σιαγών*, *sáli(on)* pro *σίαλον*, *psáϑa* pro *ψίαϑος*.

η: In imperativo *káϑse* et *kátse* pro *κάϑησο*, *skóno* pro *σηκόω*, *érmos* pro *ἔρημος*, *smáδi(on)* pro *σημάδιον* (*σῆμα*), *sténios* pro *σητάνιος*.

υ: *pitrιδa* pro *πιτυρίασις*, *ϑmós* pro *ϑυμός*, *ftiá* pro *φυτεία*, *ϑilkós* pro *ϑηλυκός*, *sχaríkia* pro *συγχαρήκια* i. e. *συγχαρητήρια*, *sbéϑeros* pro *συμπένϑερος*.

ει: *prázo* pro *πειράζω*, *lvád(ion)* pro *λειβάδιον*, *pétnos* pro *πετεινός*, *χmónas* pro *χειμών*.

οι: *alfí* pro *ἀλοιφή*, *strázo* pro *στοιβάζω*, *kakómros* et *kakómbros* pro *κακόμοιρος*.

ου: *Lkás* pro *Λουκᾶς*, *vkólos* pro *βουκόλος*, *vkéntri* et *δkéntri* pro *βούκεντρον*, *vnó* pro *βουνόν*, *δlévo* pro *δουλεύω*.

b) *ε* eliditur hodie omnino in imperativis praes. aor. I et II ut:

férte pro *φέρετε*, *ásme*, *áston* pro *ἄφες με*, *ἄφες τον* = *αὐτόν*, *klápste*, *trípste*, *trékste*, *γrápste* pro *κλαύσατε*, *τρίψατε*, *ϑρέξατε*, *γράψατε* cet. Porro in comparativis: *pliótro*, *niótro*, *kakótro*, *χirótro* pro (*πλεῖον*) *πλειότερον*, *νεώτερον*, *κακώτερον* (*κάκιον*), *χειρότερον* (*χεῖρον*).

c) *ο* (*ο*, *ω*):

γúδras pro *βουδόρος*, *γiómbro*, *skórδo*, *knéli*, *lγákia* pro *γεώμορον*, *σκόροδον*, *κόνικλος*, *λογίδια* cet.

ω: *znár* pro *ζωνάριον* (*ζώνη*), *pló*, *íδlo*, *zmi*, *alpú* pro *πωλῶ*, *εἴδωλον*, *ζωμίον* (*ζωμός*), *ἀλώπηξ*.

C. Apocope.

Apocope pervulgata est in nominibus propriis: *Βασιλική* auditur velut *Vásso*, *Μαρία Μáro*, *Εὐφροσύνη* ut *Fróso* cet., deinde in exitu verborum, velut *fér*, *péz*, *pin* pro *φέρει*, *παίζει*, *πίνει*, in imperativo ante *τόν*, *τήν*, *τό* = *αὐτόν*, *αὐτήν*, *αὐτό*: *fér-ton*, *stíl-tin*, *fá-to* pro *φέρε αὐτόν*, *στεῖλον αὐτήν*, *φάγε αὐτό*. Nec minus in deminutivis velut *korítsi* et *korási* pro *κορίσκιον* et *κοράσιον*, *mati* pro *ὀμμάτιον*,

psári pro *ὀψάριον*, *δaχtilíδi* pro *δακτυλίδιον*, etiam in vocabulis *zó* pro *ζῶον*, *mór* pro *μωρέ* (*psi* pro *ψυχή* cf. Th. Kind Anthol.). In praepositionibus *ἀνά*, *κατά*, *παρά*, *περί*: *anvéno*, *ambíδa*, *ambóχno* pro *ἀναβαίνω*, *ἀναπήδα*, *ἀναπωϑέω*, *katvéno* pro *καταβαίνω*, *kattin aγorá* pro *κατὰ τὴν ἀγοράν*, *parkaló* pro *παρακαλῶ*, *pervató*, *perγélio* pro *περιπατῶ*, *περίγελως*, in adverbiis *ἄνω*, *κάτω*: *tróχ án kát* pro *τρέχει ἄνω κάτω*. In Epiro etiam *ék éδ* pro *ἐκεῖ ἐδώ* i. e. *ὧδε*.

D. De elisione.

ap' ókso = *ἀπ᾽ ἔξω* = *ἔξωϑεν*, *ap' aftú* = *ἀπὸ αὐτοῦ* = *αὐτόϑεν*, *t'arní* = *τὸ ἀρνίον*, *t'anϑróp* = *τοῦ ἀνϑρώπου*, *irϑ'o ánϑropos* = *ἦλϑε ὁ ἄνϑρωπος*. Talia exsistunt permulta in lingua recentiore.

E. De crasi.

Crasi contrahuntur, aeque atque in lingua vetere, verba notione et accentu tam arte inter se coniuncta, ut quasi formulae sermonis haberi possint, quales sunt:

νἄλϑουν pro (*ἵ*)*νὰ ἔλϑωσι*, *pőtroγan* pro (*ὁ*)*ποῦ ἔτρωγον*, *nãzuna* pro *ἵνα ἔζων*, *tãrima* pro *τὰ ἔρημα*, *púne* pro *ποῦ εἶναι* = *ἐστί* cet.

F. De prothesi.

Haud raro in lingua graeca hodie *a* praeponitur, velut in:

apíγanos pro *πήγανον*, *amaskáli* pro *μασχάλη*, *aritsína* pro *ῥητίνη*, *apezós* pro *πεζός*, *alismonó* pro *λησμονέω* (ex *λήσμων*), *aχíli* pro *χεῖλος*, *avδéla* pro *βδέλλα*, *aδrázo* pro *δράττομαι*, *apárϑena* pro *párϑena* = *παρϑένος*, cf. Passov. p. carm. gr. (*Λεβαδία*), *akarterí* pro *καρτερεῖ* (*Θεσσαλονίκη*), *amolínun* pro *μολύνουν* (Chasiotis „*Συλλογὴ τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον δημοτικῶν ᾀσμάτων*“), *arantíste to* pro *ῥαντίσατέ το*, *aráϑimos* pro *ῥάϑυμος* = *ὀξύϑυμος*.

(Numeri paginarum sunt Studiorum a G. Curtio editorum vol. V).

CURRICULUM VITAE.

Nicolaus A. Chalkiopulos natus est a. d. VII. Cal. Octobr. anni MDCCCXXXIII parentibus Macedonicis Neo-Pellae in urbe Locridis provinciae. Primis litterarum elementis Atalantae in capite Locridis imbutus Athenas se contulit anno MDCCCIL, ubi cum per triennium ludum litterarum frequentasset, mense Septembri anni MDCCCLII in album civium universitatis Atheniensis inscriptus est. Athenis postquam per quattuor annos philosophiae et philologiae operam dedit, praefectus est scholae Megarovi oppidi, tribus autem annis peractis transiit Bitoliam, caput Macedoniae superioris, ubi quattuor annos docuit. Postremo gymnasii magister vocatus est Thessalonicam. Anno MDCCCLXIX Lipsiam transmigravit, ut in litterarum universitate scientiam suam excoleret. Audivit autem Ritschelium, Curtium, Langium, Fritzschium, Georg. Voigtium, Drobischium, quibus viris honoratissimis gratias agit et habet.